





A.D.
HISTORIAM SCHAVENBURGENSEM
EX
BIBLIOTHECA VVOLFENBUTTELANA
ANALECTA.



SIMVL AD
O R A T I O N E M
A
IVVENE ORNATISSIMO
ALB. CAR. VVILH. COLSONIO

BVCKERVRGO SCHAVENBURGICO
PRIMI ORDINIS NOSTRI TRIENNIVM COMMITITONE
PROPTER DISCESSVM IN ACADEMIAM
D. XXI. SEPT EMBRIS MDCCCLIII. HOR. III. POMER,
IN ILLVSTRIS SCHOLAE VVOLFENBUTTELENSIS
ACROATERIO MAIORI HABENDAM

HUMANISSIME INVITAT
IOAN. CHRISTOPH. DOMMERICH
PHILOSOPH. DOCT. INCLIT. ORDIN. PHILOS. IN
ALMA IULIA CAROLINA ADVNCT. ET
SCHOLAE DVC. RECTOR.



This image shows a severely damaged and aged document page. The paper is yellowed and stained. Faint, illegible text is visible in several horizontal rows across the page. A prominent circular library stamp is located in the lower center. The stamp contains the text "UNIVERSITY LIBRARIES" around the perimeter and "HARVARD UNIVERSITY" in the center. At the bottom of the page, there is handwritten text that appears to read "Pou Tin 3627, QK".



for Tn 3627, QK



Maiori sane cum voluptate ad scribendum me
composui numquam, quam cum de Historia
Patria quaedam cum Lectoribus com-
municare, animus est, quae harum rerum
cupidis forsan non omnino erunt ingrata.
Ita vero hac in re versabor, vt promiscue ac veluti per
lancem saturam ea proferam, quae vel ab aliis omissa, vel
minus recte proposita varios inter labores, quibus his tem-
poribus, si vñquam, ita fui obrutus, vt vix respirare li-
bere potuerim, animaduerti, satis persuasus, vel minutis-
sima anecdota et analecta, quae saepius longe aliam habent
speciem, Historiis multum prodesse posse. Vsibus meis,
vt in multis aliis, ita et in hoc studio inseruet nostra Bi-
bliotheca Augusta, instructissima aequa ac celeberrima, quae
amplissimum sane, post multorum Schauenburgenium in
Historiam Patriam merita, bene adhuc de illa merendi,
aperit mihi campum, operam meam amice adiuuante REI-

III.

NERDINGIO, viro doctissimo atque humanissimo, huiusque Bibliothecae a Secretis. Ex locuplerissimo ergo harum laetiarum, quas vocant huius rei studiosi, thesauro hoc loco pauca quaedam tantum deponam: quae si vel ciuibus meis, vel aliis Lectoribus φιλοϊ-όροις saluam mouerint, largiores apponemus cupedias post hanc promulgationem.

Diui ERNESTI, *Principis et Comitis Holstiae, Schauenburgi et Sternbergae, Domini Gebinae* variam, immo singularem, qua excelluit, doctrinam digne laudarunt, quotquot de Eius vel vita vel rebus gestis exposuerunt. Horum tamen nullus, praeter SPANGENBERGIVM, quod ego quidem scio, immortalis hunc memoriae Principem scriptis quoque inclaruisse, memoriae prodidit. Sed et iste Chronographus leuiter tantum hoc attingit, dicens: *da dann auch S. G. in studiis so weith zunahm, das S. G. die lateinische Sprache furtan fertig lernete schreiben und reden, auch ein liebliches Carmen kondt machen, DES NOCH DOCUMENTA VORHÄNDEN SEYN.* vid. *Chron. Schaumburg.* in vita ERNESTI p. 289. Ultima huius loci verba magnum in me excitarunt desiderium, eruditissimi huius Principis carmina legendi, et ignota adhuc, in lucem iterum protrahendi, mira flagraui cupiditate. Euolui Biographos fere omnes, sed sitim meam non extinxerunt. Accidit igitur peropportune, ut in libros inciderem, satis desiderio meo facientes. Reperi non sine insigni aliqua laetitia in REINERT REINECCII, Academiae Iuliae quondam Historici celeberrimi, *Historia Iulia P. I.* Helmaeltdii MDXCIII. in fol. impressa *Epigramma a Diuo ERNESTO*, quem ipse REINERVS in cautione sua subiecta Comitem φιλέματον ή φιλοϊ-όρον praedicat, conditum, quod hic totum repeatam.

ERNESTI,

ERNESTI, COMITIS SCHAVENBURGII etc.

Epigramma

IN HISTORIAM IULIAM REINERI REINECCII.

Ecquis adornauit studiis insignis et arte,

Illud inauditae sedulitatis opus?

In quo mille ducum regumque ab origine stirpes,

Factaque sunt certis enucleata locis.

In quo nobilitas virtutum exempla legendo

Inuenit, et rebus consulit inde suis.

Ecquis munificus generosa mente Patronus

Aduiuat impensa et sumtibus illud opus?

IULIVS aeterno PRINCEPS memorandus honore,

Publica qui quaerit commoda mente, manu:

Promouet hos animo sanctos constante labores,

Auctoreinque suae vult decus esse scholae.

Cuncta sed Auctorum euoluens monumenta RENERVS

Scribendi hoc ingens sustinet auctor opus.

Viue diu PRINCEPS celeberrime, viue RENERE,

Corporis ac robur constet vtrique diu.

Ocia dum PRINCEPS facit ipse, negotia Regum

Tractabis calamo docte RENERE tuo.

Paetum hoc carmen fuit viuo adhuc diuo IULIO, vt constat: ante annum igitur MDLXXXIX, atque, vt ex Prooemio REINERI apparet, a. MDXXCVIII, quo Illustrissimus ERNESTVS in alma Iulia litterarum causa versabatur, cui RENERVS in deliciis fuit. Confirmat sententiam nostram, quod, aliquot interpositis aliis, sequitur HERMANNI VÄSTELABI epigramma. Is enim tunc celsissimi Comitis studiorum in Academia Moderator, postea Oratoria et Poeticae Hagae Profesor,

VI.

Typographique Gymnastici Curator fuit. Vid. Ven.
D. EBERH. DAV. HAVBERI *Primit. Schauenburg* Fasc. II. p. 265.
Quod integrum hic inserere, non putamus ab hac scri-
ptura alienum.

Culte REINECCI, polyhistor ingens,
Quando felici Genio volumen
Conditum nobis tuus exhibebit
Candor amicus?

Crede, rumores vbi cunque sparsi
Distinent mentes hominum et queruntur,
Nostra fraudari toties peritis
Pulpita gazis.

Magnus in tali labor apparatu:
At tui nobis Genii facultas
Cognita est dudum, facilisque linguae
Triplicis usus.

Quicquid Arginis latet in tabellis;
Romuli quicquid referunt nepotes;
Quaeque congesit melior recentis
Temporis aetas,

Cuncta nouisti sapiens et ipsos
Saepe scriptores ita discrepantes
Pristino, multa vice pensitatos,

Reddis honoris.

Da locum nostris precibus benigne:
Migret in lucem toties reuistum
Omnibus curis opus, approbatum
Iudice Phoebo.

Dum-

Dumque prisorum monumenta Regum,
Hauriet pubes studiis dicata,
Scripta REINECCI tua permanebunt
Alite fausta.

E museo illustr. Comitis Schauenburg. etc.
HERMANNVS VASTELABVS.

Diu iam ante publicationem, typis factam, opus ab Au-
tore perfectum erat, ad quod Poeta alludit.

Alterum, quod inueni, diui ERNESTI *Epigramma ex-*
stat in IOANNIS GLANDORPII Onomastico Historiae Romanae,
a REINERO REINECCIO edito. Francofurti MDLXXXIX. in fol.
Transcribam etiam illud in gratiam *Ernesticolarum.*

EPIGRAMMA

ERNESTI SCHAVENBURGII COMITIS,
In Onomasticon Rom. IOANNIS GLANDORPII, nunc pri-
mum a REINERO REINECCIO, Historico, post auctoris
mortem in lucem editum.

Qui cupis historias Romanae gentis ad vnguem,

Illiū et clarum perdidicisse genus,

GLANDORPI euoluas vigili monumenta labore,

Quae te Romulidum stemma decusque docent.

Tale opus his seclis nondum sub luminis auras

Exiit, haud expers vtilitatis opus.

Omnia REINERI lima mage culta nitescunt,

Absuit auctoris quando suprema manus.

Magna tibi a doctis, REINERE, hinc fama resulget,

Et te discipulum denotat esse pium;

Qui praeceptoris, defuncti tempora lucis

Iamdudum, nomen lucida ad astra vehis;

Illiū

VIII.

Illi⁹ ingenii quum tu monumenta referuas,
Atque, vbi res poscit, splendidiora facis.
Haec est discipuli longe pulcerima virtus,
Et meritam laudem rursus alumnus habet.

Subiunctum statim est Aliud eiusdem :

Stemmata Romulidum, veteresque ex ordine ceras,
In sacris statuit splendida Roma locis.
At fera barbaries monumenta haec laefit, et igni
Abstuiuit antiquum depopulante decus.
Martia nunc miserans cladem Germania rursus,
Relliquis studio conueniente legit.
Nam sius hic honor est preciumque laboribus ingens,
Siue quis historias, siue poema legat.
Laus tibi, REINECCI, qui, quae GLANDORPIVS auctor
E veterum scriptis non sine laude tulit,
Clarius exponis, librisque recentibus auges,
Te duce limatum lector habebit opus.

Satis igitur testatum fecimus, piissimum ERNESTVM non
Principibus solum Eruditis, sed Poetis esse adnumerandum.

Praeter vero ista carmina scripsit etiam de rebus aliis.
Habet Bibliotheca nostra publica insigne cimelium, quod
est liber manuscriptus medicamentorum (*Arzneibuch*)
quorum illustrissimi inuentores sunt EBERHARDVS Comes
Solmensis, ERNESTVS Comes Schauenburgicus, et EGENOLPHVS
A RAPPOLSTEIN cum aliis viris eminentioris dignitatis, et
artis salutaris Doctoribus. Scriptus iste fuit ab vna manu,
quae ex diuersis scriptis haec in vnum corpus congregis, et
quidem partim atramento, partim liquore rubro, partim
viridi,

viridi, partim flavo. Formulas, varia conficiendi medicamenta, continet, quarum vnam Comitis ERNESTI exempli gratia exscribam hoc tempore, quo febres omnem suam hic loci exercent vim.

Fieber zu vertreiben ein Tranck von Graf
ERNSTEN von Schauwenburgk

Nim braiten Wegrich mit Wurzeln und Bletter	1 Handvoll	
Holder	— — —	1 Handvoll
Nagelkraut	— — —	1 Handvoll
Braun Bethonien	— — —	1 Handvoll
Diese Stuif soll man alle In ein saubern verglasirten Hafen thun, und darüber gießen		
Guten weissen Wein	2 Maß	
und zum Feuer sezen, und den halben Teil lassen einsieden, und so oft der Kranck Durst hat, soll man Im allvegen doch warm ein gueten Trunk davon geben, so beginnet er Lust zu essen, und wird gesund davon		

probatum est.

Nostrum non esst, de harum rerum virtutibus inquire. Medicis hoc relinquimus, ne in alienam messem nostram immittamus falcem. Nobis sufficiat inde colligere, diuum ERNESTVM salutaris artis non omnino fuisse expertem, quin ad *Principes medicos* referendum.

Singularem quoque illustrissimo ERNESTO cum diuno AVGVSTO, Serenissimae Domus Brunsvicensis aeterno decoro, Bibliothecae Augustae conditore, intercessisse amicitiam, testis est liber, quem amplissima haec librorum

B

su-

supellex in huius rei memoriam sancte custodit. Sunt
nimirum *Agenda Ecclesiastica Schauenburgensia*, quibus sub-
nexa est *Disciplina politica (Policeordnung) Schauenburgica*.
In uoluerum est holosericum nigrum, in cuius altera tabula
litteris ex argento solido confectis legitur desuper P I E T A S,
in media sequitur *Corona Comitum et scutum*, in quo *alba*
virtus cum *tribus clavis* conspicitur itidem argenti solidi,
infra autem annus litteris iisdem 1622. In altera tabula
superius exstant litterae, eodem modo sculptae, IV S T I T I A,
cum modo dictis insignibus, et inferius 1622.

In Constitutionibus publicis Prouincialibus huius am-
plissimi Comitatus, a Reu. HAVBERO in indicem redactis,
Primit. Fasc. I. p. 60. frustra quae sui die Amptis vnd
Haus Ordnung der Graffschafft Schauenburg wornach sich
Drosten, Ober Amtmann, Amtleute, Kornschreiber, Die-
ner und Underthanen, gehorsamlich sollen zu richten haben.
Gedruckt zum Stadthagen, anno 1615. 4. Innotuit vero illa
quoque Reu. CAROLO ANTONIO DOLIO, qui in sua Biblio-
theca Histor. Schauenburgicae P. III. p. 233. eius facit men-
tionem, cum nostra Bibliotheca eam quoque suppeditet.

Ad orationes funebres, a Ven. HAVBERO Primit. Fasc. I.
p. 53, sequ. collectas, referenda quoque sunt: Drei christl.
und tröstl. Leichpredigten, bey der Leich des weilandt Wol-
gebornen Herrn, Herrn Julii, Grafen zu Holstein, Schauen-
burg und Sterneberg, Herren zu Gehmen, saliger und lob-
licher Gedächtniß, welcher den 21 Januarii, Anno 1601
auff dem f. B. Leibgedingshause Hessem, zwischen zehn
und eilß uhren zu Mittage in Christo saliglich entschlaffen
ist.



ist. Gehalten in der Schloß Kirche daselbst. Die erste, den 25 Januarii, am Tage Conuersionis Pauli. Die ander, den 28 Januarii, als die Graffliche Leich in die Kirche gesetzt. Die Dritte, den 6 Martii, an welchem die Graffliche Leich, von Hessem ab naher Woffenbüttel gebracht worden. Durch Nicolaum Schenken, F. B. Widwen Hoffpredigern daselbst. Gedruckt zu Halberstadt durch Georg Koten anno Christi M. D. CI. Nec non Leichpredigt über der Leich des weiland Wolgebornen Grafen und Herrn, Herrn Julii, Grafen zu Holstein, Schomburgk und Sternberg, Herrn zu Gemen ic. in der Pfarr Kirchen zu Hessem den 6 Martii anno 1601 als die Graffliche Leich in der Schloß Kirchen aufgenommen, und von dannen in ir Erbgrab hinweg geführt werden sollte, gethan durch Cyriacum Haberlandt, Pfarrern daselbst. Gedruckt zu Halberstadt, bei Georg Koten, anno Christi 1601. Satis quidem pie, et pro illorum temporum ratione, concinne atque eleganter orationes has elaboratas, sed nullam in illis historiam offendit.

Nouam ante triennium *Ren. DOLLIUS*, Historiae patriae solertissimus Indagator, Amicus noster honoratissimus, in *Biblioth. Histor. Schauenburgiae* P. IV. p. 341. sequ. poematis rarissimi IOANNIS BOCERTI, quod inscribitur, *Brevis illustratio Vrbis Hagiensis* etc. vulgavit editionem, ex apographo quodam, admodum vero vitioso, ac corrupto. Ipse doctissimus Editor hoc non dissimulauit p. 430. Gratam igitur Ipsi fore eius emendationem, ac restitutionem, nulli dubitamus, praesertim cum spem, se illud aliquando cum accessionibus pluribus editurum, faciat, quod enixe optimus. Spatii vero angustia, totum hic dare, vetat. Ad

XII.

numeros igitur versus^s, qui emendatione opus habent,
 exigam. Antequam vero id fiat, scripta quaedam in Bi-
 bliotheca Augusta reperisse mihi videor, quae clariss.
 OPITIVM, Gymnasi Mindensis Rectorem celeberrimum,
 qui de IOANNIS BOCERI vita eruditissime commentatus est
 a. MDCCL, fugisse arbitror.

Ob temporis maximam penuriam non tam acriter
 vitam Eius potui perlustrare. Veniam igitur dabit, si
 quae iam Ipse notauit, repetita leget vir humanissimus.
 1.) *Carmen de Origine et Progressu Artis Medicae.* Witteb. 1557.
 2.) *Epithalamia de Coniugio doctissimi viri M. Bartholemai
 Clingii Mosellani, Professoris in Academ. Rostochiana, et
 honestissimae matronae Elizabethae, filiae ornatisimi viri Io-
 achimi ab Heruerden, scripta a Iohanne Bocero, Iob. Posselio,
 Simone Pauli, Ios Wurzlero, Nath. Chytraeo. Rost. 1560.
 3.) *Op̄nos de Morte Alberti iun. Duc. Megaloburg.* Rost.
 1561. 4.) *Orat. metrica de legum dignitate excellencia et
 fructu.* Rost. 1563. 5.) *Epiced. in obitum Guilielmi March.
 Brand. excus. Regiom. Boruss.* 1563. 6.) *Panegyris de
 noua Instaurazione Acad.* Rostoch. Rost. 1564. 7.) *Va-
 riorum Encomia de Germania per Nic. Reusnerum collecta.
 Vrsellis 1605.* Iam vero ad versus ipsos, qui tam metro,
 quam sensu deprauato ingemiscunt. In titulo tantum,
 quasi in limine, moneo, non extare in impresso Schauen-
 burgensium sed Schowenburgensium, neque Mylander, sed
 Mylander. Versus correctos sic habe:*

vers. I. Vrbs generosa tuos dum tollere nitor alumnos
 — 21. Da veniam: Nihil et peregrinae detrahe laudi

vers. 49.

- vers. 49. O quoties *imo* ducens suspiria corde
 — 53. Hos laudis stimulos, istos qui pectore motus
 — 91. Vos igitur versu *seculo* cantare futuro
 — 97. Et tibi quae tantos genuisti *fortis* alumnos
 — 113. Munda decensque nitet, claris *operosaque* tectis
 — 120. Iam viget vniogenae munere *lueta* Dei
 — 122. *Schouenburgiacae* clara propago domus
 — 131. Quid laudem *castasque* nurus, *castasque* puellas
 — 133. Hinc salue *genii*, salue virtutis imago
 — 145. Musa *sed e* tantis quem primum dicet alumnis
 — 159. Adscriptusque viris, penes est quos *summa*
potestas
 — 206. Hoc patrocinium quaerit *inane* sibi
 — 223. Quem quoque iam virtus *summa* ad *fasilia*
duxit
 — 241. *Relligio* Duuum, pietas susceptaque fecit
 — 244. Muniit aggressae *relligionis* opus
 — 249. Parcus et *in tenui* degens inglorius aede
 — 274. Inuidiae *insto* nomine liber erat
 — 337. Ast hi ceu numquam vixissent, *vltima* *claudent*
 — 370. Pierii montis scandere ius sit iter
 ad vers. 377. legenda inscriptio *Horning*
 — 395. Dulcia pacatae *iam* *quaerens* otia virtae
 — 398. Cesit, at hoc eius *carcere* sudat equus
 — 404. Et poculis *noctes*, inuigiletque dies
 — 425. Aula *sed* innumeris, doctum, cum lubrica curis

XIII.

- vers. 440. Et verbi *sacro* semine pascis oues
- 447. Dumque tibi Praeful, quo se iam *Brema* superbam
- 467. Ergo *immatureae* raperis sub flore iuuentae
- 532. *Euryalus* Nisum posset amare suum
- 537. Infracta coeunt, vicinaque pectora lege
- 549. Kypius *imberbem* monitis formare iuuentam
- 567. Si sapit, attendat *caetiae* traductio vitae
- 568. Quid velit, et quali sit *peragenda* modo
- 585. Nos te *Rostochii* Musarum castra sequentem
- 598. Et cecini laudes gens *Hagonaea* tuas
- 600. Hac et honoratum ducit ab *urbe* *genus*
- 601. *Cantatisque* mihi paribus se laudibus *aequat*
- 602. Nec mihi dissimili voce *canenda* foret
- 603. Det veniam: breuibus *quoniam* non omnia
Musis
- 604. Nec mihi quod *volui dicere*, *tempus erat*.
- 605. Adde quod et nobis multorum ignota fuerunt
- 606. Nomina, qui versu promeruere *cani*
- 610. Talibus et *semper sit* *spetiosa* *viris*
- 611. Utque decus patrium faustis successibus *ornet*

Sunt hae quaedam quasi stricturae, quas per hanc occasionem luci publicae exponere, animus fuit. Iam vero ad rem ipsam, quae huic scriptioni ansam dedit, et cui illa debetur. Adeo in coetu nostro iuuenis ad omnis virtutis spem efflorescens, ALBERTVS CAROLVS VVILHELMVS COLSONIVS, Buckeburgo Schauenburgicus, qui peracto apud nos

nos cum laude triennio hinc in Academiam, primum
 Ernestinam, discedet. Habui non adsiduum solum per hos
 tres annos auditorem, sed conuictorem moribus bene ad
 humanitatem compositis. Versatus est inter nostros, ut
 pium, probum et modestum commilitonem decet, nec
 omnino contemnendos in litterarum studiis fecit progressus.
 Primus fere est, qui ex patria mea *Ducalem hanc Scholam* frequentauit, (ad quam Ciues meos, quibus per
 alias res licet, frequentes inuiti,) ob eamque causam non
 mihi solum fuit carissimus, sed ob illustris etiam Parentis,
 quem Deus patriae in seruos annos seruet, veterem fauore
 atque amicitiam, quo me semper, in patria com
 morantem, complexus est. Illustrissimi Schauenburgen
 sium Comitis a Consiliis aulae, regiminis et reddituum
 cum sit cordatisimus iste vir, visibus patriae noctes dies
 que impendit. Neque *Celsissimus Iesus Herus* grauissima
 haec in terras suas merita praemiis carere, passus est.
 Statuit enim sub huius anni auspicio, ut hic eius bona
 spei atque indolis filius natu maximus, absolutis studiis et
 scholasticis et academicis, in regimine statim *Scribæ, Se
 cretariorum* adpellat Germania, officio fungeretur, in cuius
 rei fidem litteras iam accepit publicas, manu et insignibus
 Comitis munitas. Fauxit Deus t. o. m. ut haec res patriae,
 mihi semper carissimæ, bene eueneriat. Noluit igitur ta
 citus abire, *Iudenis ornatissimus*, aut suum grati animi
 officium posthabere, ut multi, quod turpe dictu est, apud
 nos facere consueuerunt: sed, Patre consultissimo
 iubente, publice Musis nostris valedicet, reliquisque
 laudabile huius rei praeibit exemplum. Conscendet igitur
 d. *xxi.* hui. mens. hor. *iii.* pomer. *Cathedram no
 stram*

362

nostram inferiorem, atque ex illa oratione vernacula demonstrabit, cum Serenissimis Ducibus Brunsuicensibus Comites illustrissimos Schauenburgicos multifariam olim fuisse coniunctos. Quem igitur ex disciplina iam nostra manumittimus, suauissimum COLSONIVM Deo o. m. tradimus, qui studia Eius liberalia ornet in dies, augeatque. Adsit abituro in itinere, ut bonis auibus ad lares redeat. Gratulamur optimae spei filium optimo Patri, in cuius gaudium ut efflorescat magis magisque, ex animo optamus.

Vos autem, Proceres Venerandos, Vos, rei scholasticae Fautores et nobis Amicos, omnibus, quibus par est, modis regamus atque obsecramus, ut honorifica Vestra praesentia, quan*i* bonas litteras faciat, declarare ne dedignemini. Nos hanc fauorem atque amorem in primo beneficij loco ponemus, Vobisque ut res Vestrae ex sententia succedant, precari numquam cessabimus. P. P. in Gymnasio VVolsenbuttelano d. XII. Cal. Octobres MDCCCLIII.



V D 78

AC

Pon Tn 3627, QK

Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Inches	.3	.4	.5	.6	.7	.8	.9	.10	.11	.12	.13	.14	.15	.16	.17	.18	.19	.20	

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

AD
SCHAVENTVRGENSEM
EX
WOLFENBUTTELANA
ECTA.



MVL AD
IONEM

DORNATISSIMO

LH. COLSONIO

SCHAVENTVRGICO
TRIENNIVM COMMILITONE

SVM IN ACADEMIAM

MDCCCLIII. HOR. III. POMER.

AE WOLFENBUTTELENSIS
MAIORI HABENDAM

IME INVITAT
OPH. DOMMERICH
CLIT. ORDIN. PHILOS. IN
ROLINA ADVNCT. ET
DVC. RECTOR.

NBTTELAE
VILH. BINDSELIUS.

